



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Iani Gvlielmi Verisimilivm Libri Tres

Gulielmus, Janus

Antverpiae, M. D. LXXXII.

Cap. XIV. E Quintiliano maculæ aliquot sublatae.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70877](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70877)

Eodem libro extremo:

*Cui tandem vel ineptissimo persuadere possis, atrocitate istam culpa vacare: cum propugnare pedibus cœcere morsibus misello puero potueris.*

*Lique mihi deierare, scribisse Appuleium: & remordicibus, & respexisse Plauti illud Aululariarum: *Asini me mordicibus scindant, boues incurfent cornibus.**

CAPVT XIV.

*E Quintiliano macula aliquot sublata.*

*V s* *um* peruetusto M. Fabij libro, bene optimi & humanissimi viri Melchioris Hitcoppi scripto quidem eo vitiosissime; ex cuius tamen vitis multis multa bonæ lectionis veluti vestigia sagaciter odoranti sese offerant. Argumento erunt pauca quædam ex libri sexti præmio:

*Te ne consulari nuper adoptione ad omnium spei horum patris admotum, te auunculo Pratori genero destinatum, te omnium spe Atticæ eloquentie candidatum, superstes parens tantum ad penas, amissum.*

Primis verbis melius ille, quem dixi, liber: *primus admotum*. Neque enim Quintilianus honoribus vitis floruit; at adoptione consulari ait filium suum paulò antè quàm moreretur in spem honorum admotuisse. Postea idem liber: *te omnium spe acutis eloquentie candidatum*. Facilis erat emendatio, *spe ac votis: acutis correctores Atticæ eloquentiam somniarunt.*

Paulò post:

*Boni autem consulere nostrum laborem vel propter hoc certum est, quòd in nullum iam proprium visum peruenimus: sed omnis hæc cura ad alienos, ut alienum visum (si modò quid utile scribimus) spectat.*

Ant. Mu  
Varia Lec  
LIII  
25

vel propter hoc cecum est. Emendo, aequum est.  
 itea, sed omnis haec curas alienas vtilis, si modo &c. Vn-  
 haud difficulter elicui, quod verum arbitror: sed  
 hac cura alienas vtilitates. Adicit deinde:

Nos miseri sicut facultates patrimonij nostri, ita hoc opus  
 aliis preparamus, aliis relinquimus.

In ms. erat preparabamus. Suspicio scribisse Quin-  
 tianum, properabamus. Certè elegantius non po-  
 tuit. Catullus:

Cum Medi properare nouum mare. Plautus Casina:

Hanc tibi nunc veni minus grauate propero.

Properasse autem hos commentarios se non mo-  
 stratis suae ait ipsemet hoc ipso proœmio non lon-  
 ge ab initio.

## CAPVT XV.

Pigmenta. Frumen siue rumen. Frunisci. Ruminari.  
 Irrumare. Varronis fragmenta aliquot correcta: duo  
 composita.

E VARRONIS Marcipore Nonius adducit, in  
 Conscribillare:

Astrologi non sunt qui conscribillarunt pingentes calum.

Malim, pigmentis calum. Species intelligit animan-  
 tiam, quas in caelo finxerunt Mathematici, pinxe-  
 runt & pigmentis suis illustrarunt pictores.

In Optare:

Diogenes qui amicos qui iussus ab Alexandro rege, optare  
 quid vellet, se facturum.

Corrigo, Diogenes Cynicus, qui. & mox: optare; quid-  
 opt vellet, se facturum. Notum votum philosophi est,  
 relatum à Plutarcho, ne sibi apicanti officeret Ale-  
 xander.

In Of-